

Iustino XXIX ascribat, quoniam hoc modo ad arbitrium sue estimationis annos imperatorum contemperat, quod tamen verum sit, non certificat; tempora quoque sancti Benedicti a regibus sibi contemporaneis non disiungit et nichilominus Iustiniani imperatoris annis VIII, qui est post imperium Diocletiani CCLX. sed a passione Domini DXXXIII., initium paschali cyclo Dionysii dabit. Ecce III opiniones¹⁸⁹⁾ proposuimus, quarum tamen nullam fixe asserimus, sed in arbitrio lectoris esse volumus, quam ex his magis probet; vel si omnes rationabiliter reprobat, quartam, que potior et vera vel saltem veritati propius accedat, ostendat, vere sciens me cordetenus sibi congaudere, si forte occasione huius mee inquisitionis excitatus, per Dei gratiam certum inveniatur, quod mihi infirmitatis torpore caliganti nondum manifeste constat. Hoc tamen ex auctoritate evangelica certum habeo: lunam in passione Domini fuisse XV. secundum Iudeos, sed XIV. iuxta Latinos, VIII Kal. Apr., sicut sancti patres tradiderunt, et in hoc anno, qui est X. Lotharii tercii, fuisse lunam XV. secundum Iudeos et XIV. secundum Latinos et Grecos in Kal. Apr. sub indictione XIII., evolutis a passione Domini annis MCXXXIV et quinto incipiente. Alioquin cyclorum veritas et ratio, que hactenus inconconvulsa stetit, nutabit. Et ideo, si quis nova moliri cronica studeat, annos Domini iuxta cyclum Dionysii a passione Domini incipiat, ne evangeliis et fidei catholice refragetur, et XXXIII annos interceptos interim, dum nondum certior locus interceptionis eorum constat, in annis predictorum VI imperatorum convenienter reponat. Nam si eos penitus excluserit, nature repugnabit. Si vero in annis precedentium principum eos locaverit, de gestam (!) et congruam (!) seriem (!) olimpiadum et annorum urbis condite turbabit. Denique in annis subsequentium imperatorum nullum prorsus locum eis multiplex contradictio concedit. Et hic finem quarto demus libro e).

Es gelingt Heimo nicht, die 33 Jahre, die er der nachchristlichen Zeit hinzurechnen muß, sicher historisch festzulegen. Als feste Daten gelten ihm das Todesdatum des heiligen Martin von Tours und der Regierungsantritt des Maurikios, die exakt von seinen Vorgängern angegeben sind. Nur zwischen diesen Terminen können die 33 Jahre untergebracht werden, weil die Zeit davor und danach sicher durch die Annalistik berechnet ist. Möglich ist, daß die 33 Jahre unter die einzelnen Kaiser verteilt werden müssen, daß sie Justin dem Älteren oder dem Jüngeren zuzuzählen sind. Am meisten neigt er zu der Annahme, Justin

¹⁸⁹⁾ S. oben S. 182 ff.